¶ Claudii de Seissello iurisconsulti chri
stianissimi Ludouici duodecimi Fran-
corum regis consiliarii et oratoris ad se-
renissimū et potentissimū Anglie regē
Henricū septimū: oratio in publico con-
uentu habita.

¶ Petrus Gryphus nuncius et prothonotarius apostolic⁹ clarissimo iuriscõsulto dño Claudio de Seissello Christianissimi regis Francorum oratori dignissimo Salu.

Quasi furtim ostenderũt mihi hodie quidã viri eruditi luculentã elegantissimãqꝫ tuam orationẽ/ quã pridie corã serenissimo Henrico Anglie rege/ amplissimoqꝫ ei⁹ senatu/ summa cũ tua laude/ et omniũqꝫ admirationẽ habuisti. Cepit me: fateor: non solum dignitas et magnitudo materie: verũ stilus/ candor/ et ornatus/ adeo me delectarũt: vt et si sepius eam legerim/ maiore tñ semper legẽdi desiderio accenderer: est enim omñi ex parte perfecta / et quidẽ digna iis principibus quorꝫ nouum matrimoniũ tam facundissime cõplexus es. Cuperẽ igitur summopere donari abs te orationis exemplo / vt inde pluribus confectis/ liceat nobis ea Romã ad amicos mittere/ vt ipsi quoqꝫ apud quos et cognitus et in precio habitus es ingenio et eloquẽtia tua frui et ordinẽ quo ad tantorꝫ principũ matrimoniũ ventũ sit cognoscere possint. Vale.



Ritum est sermone prouerbiū a diuinis atq humanis legibus tractum: serenissime ac potentissime rex amicorū omnia esse cōmunia. Quod non eo tm̄ spectat vt facultates et fortune cōmoda indigentibus amicis conferamus: verum etiam vt consilia affectus desideria: successus euentusq omēs illis cōmunicemus Nam et saluator noster christus apostolos suos ideo se amicos non seruos appellare dicebat: q diuinitatis sue gloriā et regni celestis mysteria cum ceteris in parabolis predicaret: illis palam aperteq enuclearet. Et insup eo q suarū temptationū ac persecutionū participes fieri voluisse cognouerat: consolationum sempiternorumq premiorū consortes fore promittebat. Hec enim sunt perfecte amicicie indicia: cum nichil vni accidere potest quod non sit alii commune cūq vnus quasi animus fit ex pluribus Ex eaq ipsa modo vera sit et pfecta non ficta aut simulata: incredibiles fructus prouenire: experiencia magis q̄ ratione autoritateve comprobari potest. Quis enim esset (vt Ciceronis verbis vtamur) tantus fructus in psperis rebus: nisi haberes: q illis eque ac tu gauderet. Aduersas vero res ferre difficile esset: sine eo qui illas grauius etiam q̄ tu ferret. Nā et secundas res splendidiores facit amicicia et aduersas partiens cōmunicansq leuiores hos autē suauissimos fructus. ex ea quam tibi cū christianissimo rege merita et beneficia vtrinq plurima compararunt habunde prouenisse: nemo vestrum est qui nesciat: quos rebus ipsis cumulare: q̄ verbis magnificare: vtriusq vestrum magnanimitati generositatiq cōuenientius est. Hoc vnū tamen rex ipse christianissimus plerumq palam est professus: neminiq vult esse ignotū: q et si cum ceteris christianis principibus parem amiciciāq habeat: et cum plerisq fedus. Tecū tamen contractam ceteris omnibus potiorem solidioremq censet. Quippe que et plurimis maximisq experimentis probata sit: et nullis emulorum insidiis/nullis artibus/nullis ve persuasiōibus (quid dicam) violari immo nec suspecta quidem reddi potuerit. Tam explorate igitur tamq intemerate amicicie legibus non satis sua maiestas facturā se iudicauit: nisi (que nuper in frequenti principum prelatorum procerum populariūq tocius regni sui conuentu Turonis gesta fuere) tue celsitudini ex ordine significaret. Hec autem tametsi iam pridem ad corticem maiestati tue innotuisse sibi facile persuadeat: rerum tamen gestarum causas & ordinē atq exinde gerendorū consilia (que in singulis quibusq rebus maxime sunt attendenda) non satis illi constare ratus: ad ea omnia seriatim atq eo (quo gesta sunt ordine) disserenda me vnū licet tanto muneri lōge imparem rerum tamen omniū satis gnarū ad eandē maiestatē tu-

am destinandū decreuit. Dabis igit̃ veniam rex humanissime: si ea
non pro tua aut ipsius christianissimi regis dignitate ac rei magni
tudine splendide: sed nudis atq; agrestibus verbis facti tantum ve
ritate perspecta recensuero.

Res igitur in hunc modū actā est: Nosti rex sapientissime: ꝙto in vi
te discrimine Rex prefatus anno superiore versatus fuerit: ꝙq; cō
stans de illius obitu per vniuersū pene orbem ea tempestate fama
peruolauerit. Que ad vsq; tue maiestatis aures non sine maxima
aī molestia (vt in fratris amantissimi atq; amici integerrimi morte
oportebat) penetrauit is rumor regnicolarum omniūq; regnorum
subditorū animos adeo prosternauit: vt parentem quēq; suū ami=
sisse credidisses. Patrem em̄ populi ob incredibile illius ergā subdi
tos oēs populares presertim studiū cōi eū appellatione cognomi
nāt. Augebat dolorem: metumq; incuciebat. ꝙ licet Frauciscum va=
lesii ducem ex patruele nepotem regni successorē indubitatū hēret
vnicam tamen filiam relinquebat: ad quā Britanie et Mediolani
ducatus Blesen̄ Asten̄ q; comitatus Janue insuper et corsiaci et ce=
terarum nōnullarum terrarum dominia successionis iure peruentu
ra cernebant. Que oīa si in alienā familiam nubens (quod Pau=
lo ante tractatū fuisse rumor increbuerat) trāsportaret. Magno re
gis regni q; detremento et pīculo fore preuidebat. Tāta igitur eos
hui9 rei solicitudo tenebat: vt in singulis ꝓpe regni ciuitatib9 atq; op
pidis priuatim p̄mū dehinc publice optimatū populariū q; cōuenti
cula per domos per plateas per fora per compita per edesq; sacras
quotidie fierent omniumq; iudicio regni Francorū perniciem per=
turbationemq; non modicā protendebant. Si regia proles cum tā
egregia dote externo principi nuptū iret: verū (vt sunt Franci om=
nes suapte ingenio ab oī euo sed nunc maxime suo regi obtemperan
tes) et ad ea oīa (quibus quoquo pacto illius anim9 offendi posset)
cauenda studiosi: vereri ceperunt: ne his ꝯciliabulis regiam in se in=
dignationem ꝓuocarent. Quasi de rerum sūma de regni scz succes=
sione et filie matrimonio inconsulta maiestate sua tractare colloqui
ve presumerent. Quāobrem sapientum cōsilio re digesta hoc vnicū
remediū superesse iudicarūt: vt ex p̄mariis regni vrbibus grā et aucto
ritate prestātes viri deligerētur aduocatis etiā ex his (que litterarū
studia vniuersitatesq; alūt) honoratis quibusq; qui ad regem ipm
iam diuia pietate (quam subditorū passim oīum suffragia lacrimo=
seq; preces prouocauerunt) conualentem destinarentur. Illi q; san=
ctum ac piū totius regni desideriū summa cum humilitate insinuā=
tes causasq; tam anxie et curiose solicitudinis exponentes ab ea
(quod facto opus fore prelocuti essent) ꝯfidenter postularent. Cui
sententie assensi omnes virorū ad tantā rem peragendam idoneorū

delectam vbiq; facere ceperant. Dū hec aguntur nō defuere: qui ꝑ=
fato regi de legatis ad suam maiestatem destinandis per oēs fer=
me regni prouincias vrbes q; tractari: renunciarent. Quo ꝯperto
grande aliquid ab his ꝓponendum postulandum ve (vt erat verisi
mile) ratus: ex cunctis regni partib; regie stirpis impmis: dehinc ce=
teros principes prelatos insuꝑ et proceres complures ad diem maii
decimū in turonensium metropoli ad se euocari iubet: quo maturi⁹
(si quid maioris momēti postularet) respōdere legatis posset. Nec
ad diem vocati defuere. Sed et vrbium legati a rege audientia im
petrato animo (vt apparebat) suspensi affuere. Rege igitur sublimi
regia sede locato prelatis principibusq; assidentibus plurimis: et ce
tera nobilitate circunstante. circūq; fusa multitudine a fronte vrbi
um legati constitere. Et silentio facto nudatis capitib; poplitibus
q; in terram defixis vno vice oīm parisiensium legato vba facien=
te multa de regis in regnum vniuersum meritis: de sua etiam erga
subditos omēs clementia benignitate indulgentia pietateq; cōme
morarunt. Ex quib⁹ sibi gloriosissimi atq; optimi principis titulum
et patris populi nomen merito cōparasset. ac posteris sancte atq; ino
cēter moderande reipublice normā exemplumq; reliquisset. Preser
tim atq; imprimis ꝙ pacatis sine cede sine sanguine circunquaq; re
bus finitimisq; oībus partim federe atq; amicitia sibi deuictis par
tim armis virtute q; repressis regnum suum ab omni hostili incur=
sione iniuriaq; tutatus incredibilem atq; insꝑatam omib; subditis
pacem quietemq; prestitisset. Deinde ꝙ optimis institutis sanctissi=
misq; legibus iudicia: mores ceterasq; vrbanas et forenses actiones
accuratissime: reformasset. Et (quod populi fauorem super omnia
cōparare solet) superindicta ciuilesq; functiones magna ex parte le
uiasset. ꝙq; militares insolentias tanta diligencia seueritateq; cōpes
cuisset: vt in rusticorū tuguriis edus et gallina impune militi insul=
tarent. Hitaretq; iuxta ysaie prophete verbum. lupus cum agno et
pardus cum leone cōfidenter. Postremo (quod oīa superaret) regni
sui fines extra gallie etiam terminos longe lateq; prorogasset. duas
q; potentissimas et toto vrbe terrarum celeberrimas alteram mari
terra alterā ciuitates modiolanum sc; et ianuam vna cum earum ꝓ
uinciis insubria ac transpadana gallia (quas lombardiam vocāt) et
liguria in ꝯtinēte: ac corsica ligustici ⁊ chio ionici maris insul' suo ad
iecisset imperio. Que vti regno francorum amicis sociisq; omnibus
presidio. Ita hostibus et gallici nominis emulis terrori maximo fo
rent. Et in summa eius ductu atq; auspiciis eo felicitatis francorum
regnum deductum esse: vt oīum (qui antiqua gallorum gesta per lege

runt et recentiora viderant) iudicio regnum ipsum nullo vnq̃ tpe ne magni Karoli quidẽ tam viris atq; armis potens: tam reru; omnium affluentia opulentum tam vrbium oppidorum et arcium frequentiã munitioneq; valatum: tam insuper principum et populorũ consensione quietum ac ciuili dissentione intestinis q; odiis vacuu; tam deniq; ad quoscunq; casus ferendos et ardua queq; aggredienda idoneu; fuisse phiberetur: q̃ nunc ciarum sub eius felicissimo imperio cerneretur. Que omia tãet si maiora essent: q̃ aut sperare: aut desiderare: licuisset: vnum tamen ad perpetuam regni quietem stabilitatemq; superesse: quod et si factu sit facillimum: omnium tamen maximum iudicarent verum id tam grande esse: vt (ne os in celum ponere videantur) hactenus proferre veriti essent: et nunc quoq; an postulare liceret. inter spem et metũ suspensos eo venisse. Sed tandem pudore necessitati cedente ipsiusq; regis clementia et innata benignitate animũ faciente bona eius venia se dicturos: memores presertim illius sanctissimi verbi solone certe aut ligurgo tito vel traiano alio ve quocunq; optimo principe digni / quod anno tunc plus minus ve reuoluto prope moribundus protulisset. Cum eñ vite finem sibi adesse arbitraretur: non ob aliam vllam causam dolere se dixerat. q̃ premature regno simul et vita priuaretur: q̃ q̃ non pro suo desiderio boni principis et pii parentis satis munera obiisset quorum prope diuinorum verborum recordatio subditis omnibus (ad quos repente rumor prolatus est) ad omĩa (que e republica fore arbitrarẽtur) petenda atq; impetranda animũ spemq; prestitisset. Hec illo dicente prostrati omẽs et in lacrimas profusi velut attoniti paulisper conticuerunt. Deinde titubantibus verbis demissaq; voce (qui loqui cepat) annuentibus ceteris supplicauit: vt quoniã prole; masculinã rex ipse nõ haberet: spectate indolis puellam Claudiã (que sibi vnica proles esset) optime spei adolescẽtulo francisco valesii duci regni frãcorum: si regi ipsi sine maribus e terreno ad celeste regnu; euolanti superstes foret: certissimo successori futuram vxorem spondere et cũ primum liceret matrimonio copulare dignaretur. vberrimũ (qui ex tam fausto cõnubio sperari deberet) fructum: multa ecõtra et maxima (que nisi fieret regno imminerent pericula) non ab externis sed domesticis preteriti tpis cladibus argumenta sumens tanta verborum efficacia demonstrauit: vt audientium in se oculos oraq; cõuertens ad collacrimandum cordatissimũ queq; et regem ipsum imprimis prouocaret. Cũ dicendi finem fecisset regia celsitudo rei magnitudine perpensa pauca illis pro tempore respõderi iussit. Laudare se illorum erga suam maiestatem et regnum vniuersum deuotionem

studiumq̃. verumtamen ea (que postulassent) tam ardua tamq̃ gravia esse: vt maturiore deliberatione indigerent eam ob rē cum regii sanguinis ceterisq̃ principibus / prelatis / proceribusq̃ (quos frequentes cernerent) de his rebus consulturum dehinc illis prout res exigeret: primo quoq̃ tempore responsurum. In hunc quoq̃ modum conuentus solutus est. Postridie ex Britania quoq̃ barones et ciuitatum legatos aduentare nunciatum est: qui ad regis conspectū admissi: cum ceterorum regnicolarum gesta probātes: eadem (que illi) petiissent: idem quoq̃ responsum acceperunt.

Rex igit̃ tanto subditorum omniū perspecto consensu ad consiliū rem hanc discutiendā retulit: quod fuit sane principum prelatorū et oīs generis togatorum militariūq̃ virorum numero refertissimū. Et ne tam concordi populorum petitioni facile nimiū assentirentur: non paruā difficultatem in mediū afferri iussit: eo q̃ et sacramenti religione et fidei (cuius semper fuisset obseruātissimus) prestatione quominus petitioni subditorum annueret: impediretur. Quā quidē superiore anno cum serenissimis Romanorum et castelle regibus de desponsanda Karolo Lucemburgi duci ipsius Castelle regis primogenito vnica filia vbi primum adolenisset / conuenisset. ob idq̃ se a promissis quacūq̃ ratione egre discessurum. Perscrutatis deinde singulorum votis (quo ex numero me quoq̃ tunc esse contigit) vno ore omnes paribus suffragiis in hanc sententiā deuenerunt: regē francorum sacramento (quod regales infulas suscipiens prestat) adeo regni cōmodis et augmento obnoxiū fieri: vt ad ea (que aperte in regni perniciē vergere dinoscuntur) facienda nullo posteriori cōtractu nullo ve iure iurando obligare se possit: quin regnicolis (quorum maxime interest) ne quid tale fiat: iure intercedere licere. Huius rei argumentum efficacissimū esse: q̃ patrimonii regii alienationes a regibus quacunq̃ formula facte non aliter rate habeantur: q̃ si eas in euidentem regni vtilitatem cedere: magistratus patrimoniales primū dehinc supremus senatus decreuissent: nullam autē per predecessorum suorum regum quempiam tam immensam et vniuerso regno exicialem alienationem vllo vnq̃ tempore factam temptatā ve fuisse: q̃ ea futura esset: que ex matrimonio cum prefato duce Lucemburgi aut alio quocūq̃ extero principe contrahendo sequeretur. Ex quo tā insignes populoseq̃ et prepotentes vrbes ac prouincie a regia ditione distraherentur quarū prope singule singulis regulis ad maximas res gerēdas viros censum et cetera necessaria habunde plerūq̃ suppeditassent. Nec presentis tm̄ temporis rationē habendam q̃ prefati roma-


hoꝝ et castelle reges tanta ipsi regi regnoq; Francoꝝ beniuolentia fortasse inuicti essent: vt affinitate hac accedēte regnoꝝ suorum ad omnes Francoꝝ casus accessio potius: q̄ ipsarum vrbiū et prouinciarum discessio facta dici deberet. Nam et si eorum animos affectusq; in presentiarum tales esse appareret: immutabilesq; fore constaret: de successoribus tamen nullum fieri iudicium posse. facileq; ex vicinitate aucta potentia bellorum occasionē oriri. quā mortalibus innata dominandū libido frequenter concitare solet. Pestem enim maiorem Cicerone teste nullam esse in amicitiis: q̄ in plerisq; imperādis cupiditatem in optimis quibusq; honoris certamen et glorie: ex quo inimicitias maximas semper inter amicissimos extitisse obidq; veras amicicias difficillime reperiri: in his qui in honoribus imperiisq; versantur. Sanctāq; in illis seruare societatem multo difficilius esse. Nec longe huius sententie exempla peti oportere: quandoquidem Francoꝝ imperium nunq̄ ferme nisi ex principum et potentum regni discordia aut coniuratione periclitatum agitatumve fuisse memorie proditum esset: eorum presertim qui et regio sanguine sati et regni portionem sortiti fuissent. Quibus ex causis in regni societatē spe presentis atq; vtinā satis probate amicicie potentissimos reges ascire: nichil aliud esse: q̄ regni claues et munimenta exteris nationibus credere seu virginem formosam adolescenti cupido commendare: atq; eo maxime ꝙ ab oriente in meridiem Mediolanensis Januensisq; districtus gallie imminerēt: et a meridie rursus in occidentem vergens Britania terminos regni constitueret/ a septentrione vero germanis cis renū incolentibus per ipsas Mediolanensis ducatus fauces facile ingressus pateret. Blesensis aūt comitatus in gallie celtice. In Belgice vero visceribus Cossiacum loca essent munitissima. Sicq; fore (vt quib⁹ hec omnia obuenissent) ex finitimis prouinciis ad intestinas regni munitiones aditus facilimus preberetur: que q̄ essent pertimescenda atq; abhorrenda: neminem sane mentis ignorare. Proinde maiestatem suā et conscientie sue et honori longe melius consulturam: si regni saluti securitatiq; prospiciens inconsulte: aut etiam pro temporis exigentia prudenter conuenta rescinderet: atq; omniū subditorum honestissimo desiderio satisfaceret: q̄ si fidei exteris prestite nimiū obseruans in maximū discrimen rempublicā adduci pateretur. Quod vt faceret: non tam omnes consilium dedere: q̄ supplices orauere: presertim cum filie matrimoniū in conuentionē deductū esse diceretur. quod pre ceteris omnibus contractibus liberā adeo volūtatē desideraret: vt nullis pollicitatiōibus nulla ve ꝯditione lege tā canonica q̄ ciuili

prohibente arctari posset/. Nec vinculum aliquod etiam sponsalio rum inter ipsos ducē et Claudiā interuenisse proponatur. quod ne contrahi quidē etate puelle non suffragante eo tp̄e potuisset. victus igit tot precibus tātorūq3 viroꝝ consilio fretus rex xp̄ianissimus sa tis q3 sibi aliunde bene conscius votis eorum acquiescere constituit. Omnibusq3 in diem posterum adesse iussis que fuerit prelatorū prin cipum ceterorumq3 consiliarioꝝ sententia:sūmatim exprimi iubet/ dehinc illorum petitioni vti honestissime annuere se pronunciat:et eorum expectationi non ita multopost satisfacturum pollicetur. Quo responso accepto rex prudentissime tanta audiētium animos leticia perfudit: vt resolutis pre gaudio cordibus humore q3 arri= dentibus ocul is submōstrantib3 longe q̄ꝫ exprimi posset: hilariores vultus lacrime decurrentes irrigarent. vsq3 adeo quidē vt ad agen das p tanto munere grās (qui omni vice loqui iussus fuerat) ver= ba vix pferre valuerit Hic oēs incredibili leticia exultantes e cō= spectu regis ꝯtinuo discessere. Sed longe maiorē voluptatē is dies attulit:quo per serenissimā reginā plurimarū regiarū ac aliarum il lustrissimarū matronarū puellarūq3 cohorte stipatā Claudia caris sima filia in publicū deducta est ac deīn Georgio de ambasia roma ne ecclesie catholice q3 fidei cardine et in gallijs legato magne sane auctoritatis et religionis viro astipulante prefato francisco valesij duci (quod felix faustum q3 sit) desponsatā fuit. Is dies fuit mensis Maij primus et vicesimus quo saluatoris nostri ad celos ascensio a fidelib3 christiano ritu celebrabatur quem pfecto frāci oēs felicis simum reputantes duplici festiuitate ppetuo sunt celebraturi.

¶ Hec tue maiestati rex cordatissime eo (quo gesta sunt) ordine id= circo rex christianissimus referri curauit:vt te publice galloꝝ sueq3 imprimis leticie francorumq3 regni perpetue (quod deus annuat) quietis participē efficeret. Quod cum pro mutua beniuolentia ve= stra fraternaq3 charitate ad tui quoq3 imperij pacē prosperitatēq3 ptineat:vniuersis anglicis et tue imprimis maiestati gratissimū iu cundissimūq3 fore sibi psuasit: sed et vniuerse xp̄iane reipublice hoc matrimoniū non parū conducere ea ratione arbitratur. ꝙ queād= modū pacata gallia ceteros principes et potentatus christianos fa cile aut in pace contineri aut ad concordiā reduci experimento com pertum est. Ita etiam armis illa tumultuante in ceteras fere oēs Europe prouincias belli virus diffundi. Cum enim ab oriente Ita lia:ab occidente hec tua fortis Anglia atq3 scotia et nōnulle occeani insule. a meridie Hispania:a septētrione Germania illi adiaceāt: si cū eaꝝ principe aliquo bellū gerat: ceteros alterutri⁹ factionē seq:

et vicinitas et veteres amicicie societatesqȝ facile compellant eo
qȝ pacto dissidentibus christianis principibus immanissimi religio=
nis nostre hostes plurimas prouincias maximaqȝ imperia et poten
tissima regna in suam seruitutē redegerunt/quos alioquin christia
nissimi Francorum et potentissimi anglorum reges predecessores
vestri collatis viribus paruo aliunde adiuti presidio nedū a christi
anorum finibus arcuerunt: verum ad regnorum suorum penetralia tre=
pidantes aliqū compulerunt. Quod quidē omibus christiane secte
principibus potentatibusqȝ diuino nunc munere pace fouentibus
si tanti boni auctorē cognoscentes illatas a sui nois blasfematoribus
iniurias vlcisci cuperent: longe facilius foret. Idqȝ rex ipse christia=
nissimus non modo non detractauit vnqȝ: verum pro sua virili ma=
ximis laboribus sumptuqȝ maximo aggressus est. Hec cum ita sint
omnes christianos principes hec (que ab ipso christianissimo rege
gesta sunt) veluti ad regni sui primū deinde totius europe quietem
pertinentia probaturos nō dubitat. Sed et ipsos Romanorum et Ca
stelle reges pro sua modestia in eam vtiqȝ partem accepturos et spe
rat et summopere desiderat. A quorum amicicia tantū abest: quod ex his
rebus recedere nō intendat vt ad eos quoqȝ pro conseruandis alio=
quin federibus societateqȝ aduersus immanissimos maumethice su
perstitionis tyrannos (si voluerint incundo) solempnes oratores
transmiserit.

¶ Habes igitur regum sapientissime rerum omniū ab optimo fra=
tre et integerrimo amico tuo francorum rege gestarū seriem integrā
qȝ rationem et gerendarum consilia que tunc demum omnino recte
acta censebit: cum a tua maiestate (tantum illius prudentie et ami=
cicie tribuit) laudata probataqȝ intelliget: pro cuius statu atqȝ am=
plitudine regnū/opes/facultates et quicquid fortuna contulit sine
vlla simulatione perpetuo est exhibiturus.


de
wynkyn
worde.